



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

Lugduni, 1652-1663

6. De contractu Matrimoniali sub conditione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

Seet. I. De Matrim. Essentia, Recep. Sent. 49

Matrimonium coniungere, aut benedicere audeant, alioquin suspensi maneat, donec ab Ordinario illius, qui Matrimonio interesse, vel benedictionem conferre debebat, absoluantur. Quæritur, num Religiosus solemnizans Matrimonia hoc tempore sine speciali facultate, utramque Censuram excommunicationem scilicet & suspensionem incurrat? Receptioni ex sententia sola Tridentini suspensionem afficitur, in quam excommunicatio Clementina in hac parte commutata videtur. Quia ita Sacra Congregatio declaravit: & ne duplex poena ob idem delictum incuratur. Sayr. de Censur. l. a. c. 15. n. 2. Suar. de Censur. d. 12. sect. 4. Bonac. de Matrim. q. 4. p. n. 6. n. 3.

Contrahentes absque Parocho, & aliis testibus ubi Tridentinum viget, puniendi sunt grati poena Ordinarii arbitrio, ut idem Tridentinum statuit. At ubi Tridentinum non viget, contrahentes clandestine absque testibus, & forsam etiam absque proprio Sacerdote, sunt etiam arbitraria poena plectendi, ut præcibitur Cap. fin. de Clandest. despons. Et ob eiusdem Cap. decretum sic contrahentes etiam puniuntur in eo, quod eorum proles sit illegitima, quando contrahunt in gradu prohibito, quavis ignoranter. In aliquibus Diocesis excommunicatur ipso facto Synodali excommunicatione. In Castellæ Regnis illis imponitur poena privationis omnium bonorum, & exilij ab his Regnis, & quod possint à parentibus privari hereditate. Sanch. l. 3. d. 47.

CAPVT VI.

De contractu Matrimoniali sub conditione.

Ex conditionibus, quæ Matrimonij contrahendi apponi possunt, aliæ sunt necessariae, aliæ turpes, aliæ impertinentes, aliæ impossibiles, aliæ honestæ, aliæ de præterito, & aliæ de futuro. Porro ex turpibus quedam sunt contra substantiam & bona Matrimonij, & hæc quæ repugnant præcipuis Matrimonij bonis, id est fidelitati, & Sacramento, id est, indissolubilitati Matrimonij v. gr. Contraho tecum, si generationem proli euites, vel donec pulchriorem inueniā. Aliæ sunt turpes non contra substantiā, & bona Matrimonij, v. gr. Contraho tecum, si mecum concubueris. Sanch. l. 5. d. 1. n. 3. Bonac. hic q. 2. p. n. 10. n. 3. & 4. Filliuc. tr. io. c. 4. q. 1. singula expendo.

Matrimonium initum sub necessaria conditione est absolutum, & validum ante expectationem eventus conditionis non solum in foro externo, sed etiam in interno, modo contrahentes non habuerint intentionem suspendendi consensum vsque ad conditionis eventum: tunc enim Matrimonium sub necessaria conditione celebratum, non est validum de præterito. Quia non adest mutus consensus de præterito. Sicut nec est validum, si contrahens opponat conditionem necessariam, credens illam esse contingentem. Quia non habet consensum de præterito cum intendat tantummodo contrahere dependenter ab eventu illius conditionis. Condicio autem necessaria est, Ducto te in uxorem, si cras Sol oriatur. Eschb. & Mend. Theol. Moral. Tom. III. P. II.

Nauar. cap. 22. n. 67. Coninch d. 29. n. 8. Henric. l. 11. c. 12. n. 4. Viator. de Matrim. n. 260. Sanch. l. 5. d. 2. num. 2. Sylui. in supplem. q. 43. a. 1. quæstio 1. concl. 5.

Matrimonium sub aliqua conditione turpi celebratum, quæ sit contra Matrimonij substantiam, seu quæ tribus præcipuis bonis adnecetur, irritum est, si conditio adiungatur, ut de futuro præstanda. Quia conditio contra substantiam contractus destruit contractum. Si tamen huiusmodi conditio adhibeatur post contractum Matrimonij, non efficit illud invalidum. Quia iam valide contractum esse supponitur. Idem dixerim, quando huiusmodi conditio non adicitur ut de futuro præstanda, sed apponitur de præterito, vel de præterito. Vnde si quis dicat puellæ: Contraho tecum, si fornicationem commisisti, tui anxius remedij: valide statim Matrimonium contrahit, si puella fornicata sit; secus si fornicationem non commiserit. Gutier. capit. 28. numer. 4. Coninch d. 29. num. 9. Sanch. l. 5. d. 9. Conar. part. 2. Epit. c. 3. §. 1. n. 9.

Condicio autem turpis, quæ non est contra Matrimonij substantiam, sicut & impossibilis adiecta Matrimonio, habetur pro non apponita; Matrimoniumque validum manet, modo adit absolutus contrahentium consensus. Secus dicendum, si consensus absolutus non adit, & contrahentes non consentiant nisi sub conditione turpi, vel impossibili: tunc enim non est validum Matrimonium eo quod non adit consensus de præterito, qui ad Matrimonij validitatem est necessarius. Lessi. libr. 2. cap. 18. numer. 122. Sanchez libr. 5. d. 15. Henric. libr. 21. cap. 12. num. 5. 6. Valent. tom. 4. d. 10. quæstio 3. punct. 3.

Condicio honesta & possibilis de præterito, vel præterito adiecta Matrimonio, illud non vitiat, nec suspendit, sed si conditio tunc est vera, verbi gratia, si pariter tuus vult, vel voluit, est statim validum Matrimonium. Si verò est falsa, est statim irritum. Validum, inquam statim est. Quia tunc nihil deest ad Matrimonium eum adit consensus mutus de præterito, si est tunc vera conditio. Coninch d. 29. num. 8. Sanch. l. 5. d. 6. n. 1. & Diana p. 1. tr. 4. resol. 191. Matrimonium verò celebratum sub conditione honesta & possibili de futuro, non est validum ante conditionis eventum. Quia ea est natura conditionis de futuro, ut suspendat valorem contractus sub ea initi in eventum conditionis. Nauar. cap. 22. num. 65. Bonac. hic q. 2. punct. 10. numer. 20. Coninch d. 29. n. 11.

Matrimonium contractum inter consanguineos, vel affines, vel inter alios habentes aliquod impedimentum, sub conditione, si Papa dispensauerit, validum est conditione impleta, seu adueniente dispensatione. Quia contrahentes sub illa conditione non contrahunt pro tunc sed pro futuro tempore, nempe pro tempore conditionis adimpletæ, quo tempore sunt habiles, & nihil obstat, quominus Matrimonium perficiatur: Ergo verè perficitur tempore illius conditionis impletae per dispensationem. Sponsalia Sanch. l. 5. d. 3. n. 10. Coninch d. 29. n. 18. Conar. p. 2. c. 1. n. 8.

Scio quosdā Doctores apud Sanch. contrarium asseruisse de sponsalibus: talē nempe promissionē dūrim s ap esse nullā. Quia ea conditio tanquā impossibilis posita con-

76
Sub conditio-
ne turpi con-
tra Matrimo-
niam.

77
Sub conditio-
ne turpi, sed
non contra
substantiam
Matrimonij.

78
De conditio-
ne honesta possi-
bili de præ-
terito, & de
possibili de
futuro.

79
De conditio-
ne inter consan-
guineos &
affines.

80
Sponsalia
inter eos, qui
habent im-
pedimentum

COBAR
MOR
III. IV
IV

ditione si
Papa dis-
pensauit,
rit, valida
sunt.

reiciuntur: imò huiusmodi cōsanguineos incur-
re excommunicationem latam, in Clementina
Unica de cōsang. sed crediderim, sponsalia inter
eos, qui habet aliquod impedimentum dirimēs,
etiā valida esse, appositā conditione: si Papa dis-
pensarit. Quia huiusmodi sponsalia respiciūt Ma-
trimonium licitum, nam licet de se sit prohibi-
tum, sit licitum ex dispensatione: & sponsalia nō
ordinantur quomodocumque ad ipsum, sed vt
stat sub dispensatione, atque adeo vt licitum. Et
ratione conditionis suspenditur obligatio, quam
inducunt, vsque ad tempus, quo impletur con-
ditio: vnde sponsalia pro vt inductiua obligatio-
nis, habent tractum veluti successuum, quo du-
rant, quovsq; apponitur conditio, atque adeo
quovsq; sit licitum Matrimonium. Ponti. l. 3.
c. 15. n. 4. Præposit. de Matrim. q. 9. dub. 3. num. 25.
Mercer. in supplem. 3. p. q. 43. d. 1.

81
De condi-
tione im-
pertinenti.

Porrò Sotus in 4. dist. 29. q. 2. a. 3. censuit cō-
ditiones impertinentes haberi pro non adiectis
in Matrimonio, sed nullo iure probat. Quare
censurim, Matrimonium contractum sub con-
ditione impertinenti de futuro non esse validū,
antequam verificetur conditio: validum verò
esse, ea verificata, & ad impleta. Quia omnis
conditio iure non improbat potest Matrimo-
nio apponi: sed hæ conditiones impertinentes
nullo iure reprobantur: Ergo possunt valide ap-
poni. Conditio autem impertinens est si quis
dicat: Duco te in vxorem, si agnovero te bene
morigeratam, vel Pulchram ab aliis existimari.
Sanch. l. 5. d. 18. Gutier. c. 82. n. 31. Bonac. de ma-
trim. q. 2. pun. 10. n. 24.

82
In consue-
tione foro
standum est
intentioni
contrahentis
sub condi-
tione, qua-
liscumque
conditio sit.

In conscientia foro standum est intentioni
contrahentis Matrimonii sub conditione qua-
liscumque illa sit, id est, quamvis Ecclesia iudi-
cet verum esse Matrimonium, quando conditio
est necessaria, turpis, aut impossibilis: præsumit
enim minime defuisse consensum, huiusmodi
conditionibus adiectis. Vnde si contrahens no-
luit inire Matrimonium, nisi eneniente conditio-
ne, non erit Matrimonium ante illius enentum;
& si nunquam evenire possit, quia impossibilis
est, nunquam erit Matrimonium. Quia Matrimo-
nium nullatenus esse potest absque consen-
su. Quando autem dubius est animus apponen-
tis conditionem, standum est præsumptioni fori
externi, & reiecta conditione, iudicandum erit
Matrimonium esse quando Ecclesia sic iudicat.
In dubio autem pro utroque foro, pro Matrimo-
nio est iudicandum. Filliuc. tr. 10. n. 136. Syluest.
v. Matrimonium 3. q. 2. Sanch. l. 5. d. 1. n. 4. Conar.
p. 2. c. 3. §. 2. Plura de conditionibus apud San-
chez toto l. 5.



CAPVT VII.

De petitione, ac redditione con-
iugalis Debiti.

83
Actus con-
iugalis li-
citus & me-
ritus.

Actus coniugalis ex se est licitus, Fide edo-
cente potestque absque omni culpa exer-
ceri. Quia est actus virtutis iustitiæ, cum reddat-
ur coniugi debitum ex pacto matrimoniali cō-
tractum. Vnde ipse matrimonialis actus in gra-
tia exercitus debitisque vestitus circumstan-

tiis, est meritorius sicut in ceteris bonis actibus
iusti contingit. D. Tho. 2. 2. q. 15. a. 2. Syluest. ibi
Sanch. l. 9. d. 1. n. 2. & 3. Pontil. l. 10. c. 1.

Tenentur sibi inuicem debitum reddere,
aquali iure. 1. Cor. 7. *Vxori vir debitum reddat. Tenetur*
similiter & vxor viro. Ideo equaliter peccant coniuges
vir & femina negantes debitum alteri coniungi quali iure
petenti, siue expresse per verba, siue interpreta- sibi inuicem
tione alicuius signi id innuentis expressione. Ne. debitum
gatio autem debiti peccatum est mortale regu- reddere.
lariter. Quia lege iustitiæ reddendum est unicui-
quod suum est: corpus verò vxoris est viri, & e
contra. D. Tho. in 4. dist. 3. 2. q. 1. a. 2. & 3. Syluest.
v. Debitum. Ponti. l. 10. c. 2.

Dantur aliqui casus, quibus coniux debitum
obnegando, mortaliter non delinquit. Primò, si
petatur beneuolè & amicè non tanquam sibi
debitum ex iustitia, sed tanquā amicitia quod-
dam coniugale Symbolum. Secundò, quando
alter renitit, ac frivole petit: aut rogatur facili
acquiescit. Tertiò, si raro coniux abneget debi-
tum, vel si petum non statim reddatur, sed per
breve aliquod differtur spatium. Similiter si cō-
iux frequentius petat, quam par sit, hæc tamen
intelligo, modo non sit incontinentia pericu-
lum, vel gravis morbi in petente. Nauar. c. 16. n.
24. Henric. l. 1. c. 15. n. 7. Rodrig. in suc. l. 42. Regi-
nal. l. 3. n. 282. Filliuc. tr. 10. c. 9. Diana p. 5. tr.
5. resol. 14. & tr. 14. resol. 36.

Pactum non petendi, nec reddendi debitum
mutuo coniugum assensu initum validum est. *Validum*
Quia nulli irrogatur iniuria: & licet possint est pactum
coniuges se mutuo voto ad id ligare, ita possunt non peten-
mutuo pacto. At potest coniux uterque licet id id debiti
pacti remittere. Quia omnis res per quascum- mutuo con-
que causas nascitur, per easdem dissolvitur: cum inquam af-
ergò mutuo consensu id conuenitum sit, nec sententia
Deo sit obligata ea continentia: poterit mutua
voluntate id pactum dissolui. Nauar. c. 12. n. 59.
Henric. l. 1. c. 15. n. 8. Rodrig. tr. 10. l. sum. 24. n. 14.
Ait si alter coniux nolit pactum remittere,
sed illi stare, non tenetur alter reddere: quia
non debitum, nam per pactum ius acquisiuit, vt
liber sit ab ea obligatione. Si tamen coniux vi-
deret alterum pacti initi penitere, adeoque ad
venerem propensum esse, vt negata sibi copula,
probabiliter existimet incontinentia maculan-
dum: teneretur reddere nō ex iustitia, sed ex cha-
ritate, ad subueniendum periculo ruinæ coniugis
Elig. Bassæ v. Debitum coniug. l. n. 3.

Præterea excusat a redditione debiti anima
periculum, v. gr. si aliqua circumstantia vsu Ma-
trimonii illicitum redderet. Item excusat vitæ
periculū, vel notabilis infirmitas, quamvis in redditione
coniuge petente incontinentia adesset pericu-
lū. Quia obligatio reddendi debitum, intelligi. me pericu-
tur, salua sanitate & ordine naturæ, seu salua lūm, &
subiecti consistentia. Vnde ob hanc causam ex-
cufatur coniux febris laborans, vel statim post pora infir-
prandiū, vel si petens laprosus sit, aut morbo gal-
lico laboret alterque sit sanus, & Medicorū iudi-
cio gravis infectionis adsit periculum; & hoc
intellige, modo ante Matrimonium sanus ne-
cuerit, alterum huiusmodi morbis infectum: nā
si sciuerit, tenetur reddere. Quia per Matrimo-
nij contractum ad hoc se obligauit. Itē excusa-
tur femina a reddendo, quæ iudicio Medice-
rum non potest prolem viuam edere, & ex hoc
imminet sibi periculum vitæ ex partus diffi-
cultate. Posset tamen hæc femina reddere de-
bitum.